Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8266
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

redia leuiora: Ait sic autem dicens omnem
languorem: qui genus siue gramen siue le
uis passionis concludit: Alterius clau
sule inuenit adiectio esse superflua: nisi
ut ea quidem ad passiones corporales intel
ligamus. Alias autem ad spiritales: Possit
tamen et utraque clausula ad utrasque in
telligere passiones: Iter. id est. omnem la
guorem. siue corporale. siue spiritale: et omnem
infirmitatem siue corporale siue spiritalem:
Vt languorem quidem intelligamus animae
morbis passionis alicui: infirmitatem autem
infidelitatem: Vtputa qui auaritiae in
morbo subditus est: aut libidinis: aut
uanae gloriae. languorem ait patiens: Qui aut
misterium uocationis dei ignorat: ille infir
mus habetur in fide: Multi enim sunt qui
possunt bona opera facere et deo placere: sed
non fecisti quia misterium uocationis dei ig
norant: et ipsi sunt infirmi: Quidam
autem sic passionibus carnalibus sunt mancipati
ut etiam si cognouerint misterium uocationis
dei: bona agere non punitantur. et ipsi sunt
languorem habentes: Sed passiones
corporales diuinitatis uirtute sanabat
Spiritales autem uero pietatis: Sic est
medicina languenti corpori. sic uerbum praestat
aegrotanti: Deinde uide quia non per
posuit sanans omnem languorem: et omnem
infirmitatem: sed primum docens et praedicans
euangelium: et postea sanans per duas
res: Primum quia non miracula uirtutum
edificauit animas: sed uerba pietatis: Ideo
autem similiter quia magis necessarium
estimat: Deinde quia si uerbo pietatis
uirtutes miraculorum comedant sed uir
tutes miraculorum ueritatis sermones:
Nec ideo credebant christo posse facere uir
tutes quia ueritatem praedicabat: sed ideo
credebant ueritatem praedicare. quia poterat
facere uirtutes: ~

Et obtulerunt ei omnes male
habentes: et curauit eos:
In quibusdam locis ponit:
Et multos curauit. Sic est ibi: Et
quotquot tetigerunt eum sanati sunt:
Hic autem simpliciter dicit: et curauit
eos: Significat quia omnes curauit: et
Dum nouidus medicus intrat ciuita
tem. et uoluens ostentatione tale aut
ficii sui. omnes uenientes ad se curat
et non tantum cogitat de mercede acci
pienda. quantum de opinione sua con
sequenda: Cum enim manifesta fuerit fa
ma eius bona: tunc secum laborem sinit in
capite exigere et mercedem: Sic dominus
in capiens praedicare non per quod
dam iudicium: sed omnes indiscreter
sanabat: Postquam uero illum omnis
iudea cognouit: beneficia sanctorum
digno praemio fidei uenerabatur. dicens
unicuique. Fiat tibi secundum fidem tuam:
nisi tamen os illos secundum psalmum aut
sauerat quia uenerat: ~

Et Iesus autem uidens turbas multas
ascendit in montem: Quis
autem secundum professionem
suam operationem operis uidens grandem:
Carpentarius si uidit arborem bonam
comparatam eam praeter ad opus artificii
sui: Agricola si uidit terram pinguem
desiderat eam arare: Et quid dico
de rationabilibus hominibus: Ipse irrationa
bilis equus de stabulo exiens: Si
uiderit campos patentes rapit
frenum et excitatur ad cursum: Sic et
dominus uidens magnam congregationem
populi: excitatus est ad docendum: Sic